



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 91. De Charactere, & receptione Spiritus Sancti in Ordinatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

adver-  
in sen-  
dia ob-  
ratio ab-  
erpatu-  
la mi-  
rratus  
cantur  
itatem  
dari, &  
ossunt:  
utilata  
n hac  
cogno-  
tis el-  
od Ec-  
e coo-  
atque  
enon-  
nulla  
Postea  
s Ra-  
annis  
a non  
st in-  
aere-  
ræte-  
cant:  
ntur,  
natio-  
ntizæ  
cum  
nes

omnes Theologi, quod Ordo sit Sacra-  
mentum, defendant, atque Concilium Florentinum, quod maximæ auctorita-  
tis est, disertis verbis definierit, Ordin-  
em esse Sacramentum.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

§. XCI.

*De Charactere, & receptione Spi-  
ritus sancti in Ordinatione.*

**N**ec minus variae audiebantur opinio-  
nes a tertiae classis Theologis, qui  
sextum discutiebant articulum de Ordinis  
materia, ejusque ritibus, necnon de  
eo, quem imprimit, Charaktere, & de  
gratia, quam confert: euidem inter  
omnes conveniebat, Spiritum Sanctum  
& dari, & accipi in Ordinatione: qui-  
dam tamen dicebant, Spiritum San-  
ctum in propria persona dari: alii vero  
inquiebant, eundem donari in gratia,  
qua de re multa fuit disceptatio, sed  
inter eos, qui de ea, quæ confertur,  
gratia differebant, acrior erat conten-  
tio, qua discutiebant, utrum detur gra-  
tia justificationis, an vero donum offi-  
cii exercendi: porro illi Sententiæ prio-  
ris fundamentum in eo ponebant, quod  
omnia Sacraenta largiantur gratiam  
justificationis: isti e contrario defen-  
debant, quod ea ab impenitente re-  
cipi non possit, qui tamen accipit Or-  
dinem. Ceterum quoad characterem,

licet

D d 5

Sarp. l. 6.



**Sæcul. XVI.** licet omnes concordes censuerint, eum  
A.C. 1562. in Sacerdotio imprimi, erant tamen  
 opinione<sup>s</sup> variæ; quidam enim illum  
 in Sacris tantum, alii vero in omnibus  
 Septem Ordinibus imprimi affirmabant:  
 quæ utraque sententia S. Bonaventura  
 visa est probabilis: interim nonnullis  
 placebat distinctio Durandi Mendenii  
 Episcopi, qui docuit: "si per charac-  
 "terem intelligitur potestas producendi a-  
 "liquam actionem supernaturalem, &  
 "spiritualem, tunc hic a solis Sacer-  
 "dotibus accipitur, cum hi tantum pro-  
 "ducere possint Spirituales consecrandi,  
 "& peccata remittendi effectus: si vero  
 "per characterem intelligitur Deputa-  
 "tio ad officium speciale, cuiuslibet Or-  
 "dini Character est proprius. Verum  
 hæc opinio tanquam periculosa rejicie-  
 batur, cum Lutheri asseclis favere cen-  
 feretur, qui Characterem in deputa-  
 tione consistere affirmant, quatenus  
 quispiam ad cuiusdam munieris exerci-  
 tium designatur, ac proin, quamprimum  
 homo cessat esse deputatus ad  
 ejusmodi munieris exercitium, mox e-  
 tiam illius character evanescat: itaque  
 censebant alii, quod omnino opus fo-  
 ret, ut in omnibus Sacris Ordinibus  
 proprius, ac haud delendus character  
 constituatur. Major adhuc de Episco-  
 patu erat controversia; innovabatur e-  
 nim



Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

nim illa quæstio: an sit Ordo specialis,  
ac characterem imprimat? porro id af-  
firmabant plures, eoquod Episcopatus  
binas, ac speciales, easque sacras ope-  
rations complectatur, scilicet confir-  
mationem, & Ordinum collationem,  
ad quas exercendas donum, ac specia-  
lis character requiratur.

§. XCII.

*Articulus de Unctione, atque ritibus  
ad examen vocatus.*

Cum sententiæ rogarentur circa Un-  
ctionem, & Sacras cæremonias in  
Ordinibus conferendis usitatas, omnes  
Theologi unanimi suffragio temeritatem  
Lutheranorum damnabant, eoquod hi  
contra sacram hanc unctionem, ritus-  
que tam petulanter insurrexerint: ni-  
hilominus contendebant nonnulli, quod  
illæ Unctiones, ac cæremoniæ, quæ  
omnino requirentur, ab illis minus  
necessariis distinguerentur: cum autem  
definiri oporteret, quænam ex hisce  
Unctionibus, ac cæremoniis plus, mi-  
nusve sint necessariæ, non una omnium  
erat sententia; quippe quidam Lusita-  
niæ Regis Theologus, jurisque Cano-  
nici Doctor nomine Melchior Cornelius,  
cujus jam supra meminimus, ita de-  
clamabat: "manuum impositio sola est  
cæremonia, quæ essentialis appellari  
,,mere-